



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

8. De imagine D. Stephani Protomartyris diuinitùs allata, & quid per illum picturam Deus insinuare voluerit hominibus.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

vulnere, vbi imago transfossa fuerat, sanguis
 effluxit. Quod ipse iniquus spiculator, oppo-
 tus furore non sensit. Cum autem per ob-
 scuræ noctis tenebras domum suam fuisset in-
 gressus, lumine adhibito cernit se totum san-
 guine cruentatum: timentisque ne scelus suum
 patefieret, abiectam à se tabulam abdidit in
 obscuris: nec ausus est ultra contingere, quod
 iniquè præsumpsit auferre. Venientes autem
 Christiani ad domum DEI, iconicam non
 inueniunt, stupentesque ac requirentes, quod
 fuerat factum, cruoris vestigia deprehendunt.
 Quod sequentes, ad domum Dei accedunt. De-
 niq; seiscitati de tabula, nihil certi cognoscunt.
 Requirentes autem eam sollicitè, in angulo
 cellulæ Iudæi reperiunt: qua Ecclesiæ redita,
 furem lapidibus obruerunt.

*Quodius Vzalensis Episcopus (qui claruit tempore
 Augustini) in lib. 2. de miraculis S. Stephani, et
 citat Ioan. Molanus lib. de picturis, cap. 3. De
 gine D. Stephani Protomartyris diuinitus data
 & quid per illam picturam Deus insinuate volu-
 rit hominibus.*

CAP. VIII.

CVM immense magnitudinis draco in
 nundinarum Vzali è nubibus propend-
 ret, relicta omni negociatione erat magna
 multitudinis concursus ad gremium Ecclesiæ
 matris. Ad ipsam amici Dei sacratam men-
 riam in facie prostrata iacebat diuersa

LIBER III.

319

dispar quoque sexus, donec Stephani prece fu-
 sa, clementia Dei draconem illum subtrahe-
 re. Sequenti die negotiator nunquam cog-
 nitus, aut verius angelus, Sennulo Vzalensis Ec-
 clesiae subdiacono attulit velum, varijs colo-
 ribus pictū, in quo inerat pictura hæc, in dex-
 tera veli parte, ipse sanctus Stephanus videba-
 tur adstare, & gloriosam crucem proprijs re-
 positam humeris baiulare: qua crucis cuspe
 portā ciuitatis videbatur pulsare, ex qua pro-
 fugiens draco teterimus, cernebatur exire, a-
 mico Dei velut aduentante. Verūm ille serpens
 nosius, nec in fuga ipsa tutissimus, sub trium-
 phali pede martyris Christi contritus adspicie-
 batur & pressus. Talis itaq; pictura veli a sub-
 diacono suspensa est ante memoriam tanti pa-
 troni: & omnis ætas omnisq; sexus intueri cœ-
 pit, & mirari tanquā grande spectaculum, quo
 scilicet authore, quoue liberatore, draco ille
 extinctus est, hostisque deuictus. Nam reuera
 Dei fuit ad homines quædam allocutio, in ve-
 lo tacite dicentis: O miseri mortales, quale he-
 sterna die draconis euaseritis incendium, vel
 cuius pro vobis aduocati fuerit acceptum suf-
 fragium, isto sequenti die istius veli significa-
 tione intelligite, atq; gaudete: Ecce draconem
 de vestra ciuitate cernitis fugatum & expul-
 sum: ecce conterentem caput eius primū mar-
 tyrem meum: ecce crucis trophæum, per quod
 vicistis inimicum.